

trare, quamvis non multi talium, propter brevitatem possessionum, & paucitatem inhabitantium ibi sint oportuni. Unde credimus distinguendum inter illos qui temporalem, & eos qui perpetuum impedimenti causam creduntur habere; quod primis indulgenda est dilatio, secundis autem est redemptio injungenda; ac rerum facultate pensata, quas possunt, aut quas facturi essent expensas, personarum præterea compensato labore, in subsidium Terræ sanctæ transmittant, exequentes per se nequeunt adimplere. Rursus inter illos, qui pro defensione Terræ sanctæ, votum peregrinationis emittunt, & eos quibus pro satisfactione suorum criminum, iter peregrinationis injungitur, credimus distinguendum; quod circa primos, plus Terræ sanctæ succursus; & circa secundos, plus labor itineris secundum intentionem voventis, vel pœnitentis debet attendi. Unde si quis hoc modo voventum est inutilis ad pugnandum, quamvis habilis sit ad eundem, melius est redimere votum, quam expensas consumere: quod & de pœnitente, qui propter debilitatem non potest iter injunctæ peregrinationis implere, sanè valet intelligi, non autem de illo, qui quamvis sit impotens ad bellandum, potens tamen ad eundem: & infra. De mulieribus autem hoc credimus observandum, ut quæ remanere noluerint, viros suos sequantur, cæteræ verò (nisi fortè sint divites quæ secum in suis expensis possint ducere bellatores) votum redimant, quod voverunt.

Quid super his. Impedito ad tempus exequi votum ultramarinum, conceditur dilatio. Perpetuo verò impedito indicitur redemptio in eo quod magis expediat Terræ Sanctæ. Hoc dicit secundum omnes & est pars eisdem. Quod super his supra de fid. instrument. Communis divisio. Secunda hic Nos autem quæ primò dat generalem doctrinam, secundò ponit duplicem distinctionem. Prima hic, unde credimus.

Secunda hic. Rursus. Tertio solvit secundam questionem de consultatione decimam Joan. Andr. Tractat hic Innoc. III. an Papa potestatem habeat super infideles etiam Principes. Nos de hoc articulo egimus latissime in c. Canonum Status dicto numero 64. supra de Constitution. ubi retulimus verba ipsa Innocentii hic plenè videas.



DE STATU MONACHORUM ET CANONICORUM REGULARIUM.

Ex Concilio Lateranen.

CAPUT II.

Monachi non pretio recipiantur in Monasterio, nec peculium permittantur habere, nec singuli per villas & oppida, per quascumque Parochiales ponantur Ecclesias; sed in majori conventu, aut cum aliquibus Fratribus maneat: nec soli inter sæculares homines spiritualium hostium conflictum expectent, Salomone dicente, Væ soli: quia cum ceciderit, non est qui sublevet eum. Si quis autem exactus pro sua receptione aliquid dederit, ad sacros Ordines non ascendat, Is verò qui eum receperit, officii suspensionem mulctetur. Qui verò peculium habuerit, nisi ab Abbate fuerit ei pro injuncta administratione permittum, à communionem removeatur altaris, & qui in extremis cum peculio inventus fuerit, & digne non pœnituerit; nec oblatio pro eo fiat, nec inter fratres accipiat sepulturam, quod etiam de universis Religiosis præcipimus observari. Abbas autem, qui diligenter ista non caverit, officii sui jacturam se noverit incursum. Prioratus quoque seu Obedientiæ pretii donatione nulli tradantur; alioquin dantes & accipientes, à ministerio fiant Ecclesiastico alieni. Priores autem cum in Ecclesiis conventualibus, per electionem Capitulorum suorum canonicè fuerint instituti, nisi pro manifesta & rationabili causa non mutantur, videlicet si fuerint dilapidatores, si incontinenter vixerint, aut tale aliquid egerint, pro quo amovendi merito videantur, aut si etiam pro necessitate majoris officii, de consilio fratrum fuerint transferendi.

SUMMARIUM.

- 1 Regularibus utriusque sexus an liceat habere annuos redditus nomine Conventus, ac de suorum Superiorum licentia, & ad eorum nutum, & num. seq. usque in finem.
- 2 Proprium est duplicis generis. Peculi, seu administrationis bonorum stabilium tres sunt species, & quæ illarum sit prohibita à Concilio Tridentino, secundum opinionem Navarri, ibid.
- 3 Regularis, cui conceditur à Superiore administratio aliquis Villa cum onere solvendi certam portionem Monasterio, an possit de residuo disponere in suos usus sine proprietatis vitio, & num. 49. & seq.
- 4 Administratio bonorum stabilium an possit per Generalem Ordinis concedi alicui regulari ad vitam, & an liceat eidem Generali, vel Successori illam revocare, & num. 50. & 55.
- 5 Canonice Regularium, vel Monachorum Hispanie status, quibus solvantur annuæ portiones, quas vocant privilegias, an sit improbatas à jure, vel à Concilio Tridentino, & num. 62.
- 6 Fratres Commendatarii Sancti Spiritus in Saxia an possint disponere ultra vitium & vestitum de fructibus suarum Commendarum.
- 7 Opiniones nonnullorum Theologorum circa peculium regularium referuntur, & num. seq.
- 8 Regularis etiam non officialis potest habere peculium non superfluum, seu annuos redditus ad suos honestos usus de Superiorum licentia, & dependenter ab eorum voluntate. Contrarium, à num. 44. usque in finem.
- 9 Peculium Regulari concessum, vel similiter, vel cum facultate administrandi liberè, prout ei videbitur & placebit, an intelligatur in usus laicos, & ad arbitrium boni viri, & num. 26.
- 10 Regularibus de jure communi non permittitur habere peculium, seu annuos redditus, vel bonorum stabilium administrationem.
- 11 Pater in Regularis proprietarius à jure communi statuta quæ sit.
- 12 Papa an possit cum Monacho super proprietate, vel libera peculii administratione dispensare.
- 13 Aut facere de Monacho non Monachum.
- 14 Conjectura etiam immemorabilis non excusat Monachum à transgressione voti paupertatis.
- 15 Necessitas nisi sit extrema non excusat à vitio proprietatis Regularem, qui aliquid celat Superiori, aut detinet eo invito.
- 16 Regularem posse habere peculii administrationem in usus licitos de licentia Abbatis, quibus fundamentis probetur de jure communi, usque ad num. 44.
- 17 Monachus & servus quoad acquisitionem bonorum equiparantur. Monachus conventibus oculis Superioris potest habere quasi proprium, sicut servus, ibidem, & num. 21. Contrarium, num. 22.
- 18 Monachus non dicitur proprietarius, qui nihil celat Abbati, & est paratus totum dimittere ad illius nutum. Contrarium, num. 47.
- 19 Monachus Ecclesiæ Catholice licet accipere à Monasterio annuam provisionem, scilicet quinquaginta. Contrarium, num. 62.
- 20 Legatum factum Monacho, ut nihil queratur Monasterio, an valeat, & num. 24. & 47.
- 21 Argumentum de servis ad Monachum non procedit ubi contrarium reperitur in jure expressum.
- 22 Servitus Monachalis diffinitur esse quam secularis.
- 23 Regularis datus executor ad distribuendam, non dicitur habere bonorum administrationem.
- 24 Intellectus cap. Insuperante, Qui cler. vel voven. & num. 31.
- 25 Monachus an ex taciturnitate & patientia Abbatis, possit habere peculii administrationem, & num. seq.
- 26 Monachus an possit facere elemosinam de rebus Monasterii ex permissione Abbatis, & num. 32.
- 27 Regularis sicut est innoxius proprietatis, ita & usufructus, vel usus juris, & num. 42.
- 28 Constitutio vel consuetudo Monasterii, secundum quam datur certum quid annuum Monacho pro vestitu, an valeat, & num. seq. & num. 62.
- 29 Statutum ut pro indumento Monialis habeant luctum manuum suarum validum est.
- 30 Contrarium, num. 62. & seq.
- 31 Regularis Capellani Papa recipient de servitibus portionem ut alii, sed testari non possunt.
- 32 Intellectus cap. Cum ad Monasterium, & Tales, de statu Monach.
- 33 Dicitio, Nec, negat, & copulat præcedentia cum suis qualitatibus.
- 34 Obedientia, id est Prioratus, vel administratio Ecclesiæ.
- 35 Intellectus hujus cap. & num. 42.
- 36 Administratio peculii non potest per Abbatem concedi simpliciter Monacho, sed officiali temporali dantur, & n. 42.
- 37 Ut Regularis habeat beneficium ad nutum amovibile in titulum, non respugnat voto paupertatis, nec Concil. Trident. Administrator cum libera potestate disponendi de fructibus, dicitur habere usumfructum, num. 42. vers. Ratio divestitatis.
- 38 Officialis dicitur administrator in utilitatem Monasterii, nec potest de fructibus disponere.
- 39 Concilium Tridentinum quid statuerit circa regularium proprietatem, num. seq. usque ad 67.
- 40 Regularibus prohibetur à Concilio Tridentino non solum proprietates & possessio quoruncumque bonorum, sed etiam nuda detentio, etiam nomine Conventus.
- 41 Mobilium usus non permittitur Regularibus à Concilio, antequam Superiori tradantur, & Conventus incorporentur.
- 42 Administratio bonorum stabilium non permittitur à Concilio, nisi officialibus temporalibus Monasterii, & n. 74.
- 43 Administratio peculii etiam dependenter à voluntate Superiorum, & ad eorum nutum prohibita est à Concilio Tridentino Regularibus non officialibus, & num. seq. usque ad 54. & num. 72.
- 44 Regularibus non licet habere usum superfluum bonorum mobilium, etiam de licentia Superioris, & dependenter ab illius voluntate ac nutu.
- 45 Regularis tenens mobilia superflua, aut immobilia, à culpa vel à serena ipso facto incurrenda non excusantur propter dispensationem Superiorum.
- 46 Prelatis asserentibus se posse concedere licentiam tenendi mobilia superflua, aut immobilia quacumque, fides non est adhibenda, & num. 69.
- 47 Dicitio, autem, est adverbialis præcedentium, & in casu contrario retinet idem thema præcedens.
- 48 Regularibus non licet ex dispensatione Superiorum habere administrationem peculii, etiam in usus licitos, & n. 56.
- 49 Regularis habens administrationem cum facultate disponendi de fructibus in quoscumque usus, dicitur habere usumfructum.
- 50 Indefinita legis æquipollet universali etiam in odiosis.
- 51 Præsertim si sit negativè concepta.
- 52 Peculii etiam non superflui administratio interdicta est Regularibus à Concilio Tridentino.
- 53 Regularis tenentur vitam instituire & formare ad præscriptam Regula quam professi sunt, etiam antequam Monasterium, vel Religio ipsa à Superioribus instituantur, vel reformentur.
- 54 Monialis non potest sibi reservare pecuniam annuam pro suis necessitatibus, sed pecunia ipsa non obstante reservatione Monasterio acquiritur.
- 55 Monialis non licet annuos census emere nomine suo, aut Monasterii, nec pecuniam Monasterio dare ad hoc ut aliquam summam quotannis inde percipiant pro suis necessitatibus, etiam Monasterii nomine, & ad nutum Abbatis.
- 56 Monialis non permittitur ut pecuniam asserent in propriis scrinio intus arcam cujus clavus sit gener Abbatis.
- 57 Monialis vitam communem non servantibus interdicitur receptio puellarum ad habitum & professionem, & n. 66.
- 58 Monialis communem vitam suscipientibus quomodo consulatur à Congregatione Regularium.
- 59 Monialis non voventibus in communi quibus cautelis indulgetur ut possint annuas provisiones recipere.
- 60 Decretum Clementis VIII. circa Regularium proprietatem expendantur & consentantur cum c. 2. l. 15. de regul. Concil. Trident. & n. seq.
- 61 Differentia inter bona propria Monasterii & aliunde quæ sit à Regularibus revocatur à Concilio Tridentino & Decretis Clementis VIII.
- 62 Bona undecumque à Regularibus acquisita cum ceteris Monasterii bonis confunduntur, ut communis inde usus omnibus suppeditetur.

in Monasterio, ita servus acquirit Domino. c. Exiit §. Ad hanc cum Fratres de verbor. signif. in 6. & notat Innoc. in e. In presentia de prob. & in cap. Cum olim, il secundo, de serv. & Bostol. in l. Si communi ff. servus de stipulat. serv. Facit text. in l. Placet ff. de acquir. hered. in l. Si adoptivo ff. de procur. & in l. Arrogato ff. de adopt. Sed servus ex concessione Domini potest habere peculii liberam administrationem, l. Quam Tuberonis ff. de pecul. Ergo & Monachus ex concessione Abbatis. Atque hoc argumento Bald. in l. 1. col. 6. C. de his que pan. non concludit Monachum permissu Superioribus conventibus oculis posse habere quasi proprium, sicut servus, quod etiam tradit Joan. Andr. in e. Non est obligatorum de Regul. jur. in 6. Et propterea idem Joan. Andr. in e. Cum ad Monasterium col. 4. in verb. Proprietate infra eodem. (Nec, inquit, videtur dici proprietate, quando de quantitate & qualitate nihil celat Abbati, nec sine ipsius conscientia aliquid recipit, vel expendit paratos totum reddere & dimittere ad iussum Abbatis.) Hec Joan. Andr. qui tamen subdit, quia res periculosa est, & invidiæ, & exempli mali causa. Host. consulere Abbati, ut nisi ex magna & evidenti causa talem licentiam non det, & Butr. ibidem num. 11. (De permissione inquit Abbatis, possunt terere pecuniam nomine Abbatis, parati tamen resignare quando voluit Abbas, ut in reg. 38. c. 1. & non debent sine licentia Abbatis expendere. Unde non licet aliquid eis habere quod Abbas non dederit, aut permisit. Unde nec ullam litteram ab extra recipere possunt sine licentia Abbatis; imò nec cappam suam possident.) Hec Butrus. Et eodem argum. Abbas conf. 88. Videtur n. 4. vers. Nam & servus lib. 1. Et factio respondit Monachos Ecclesie Carthageniensibus quibus ex antiqua Ecclesie ordinatione dabatur pro necessitate quinquaginta scuta, recte, & sine peccato bene administrando dictam provisionem capere potuissent quamdiu patiebatur Episcopus, qui erat loco Abbatis. Et in alio casu idem Abbas conf. 44. Ad decisionem num. 5. vers. Et in hac concessione lib. 2. Amplius Navarr. conf. 14. num. 13. de stat. Monach. audacter respondit non licere Generali S. Augustini, absque peccato etiam mortali revocare sine iusta causa administrationem bonorum stabilium, quam concesserat ad vitam cuidam Fratri sui Ordinis, & fas esse eidem Fratri super hoc querelam ad Papam deferre; quia, inquit, sicut Dominus obligari potest servo naturali obligatione descendente à pacto, vel contractu, l. Naturaliter, & l. Si id quod ff. de cond. in deb. ita etiam Prelatus potest obligari Monacho ut in prelatu li. tradunt scribentes, & Panorm. conf. 104. vol. 1. Quin imò Bart. eodem ductus argum. in auth. Excipitur C. de bon. qua. libe. format hanc questionem. Pone quod aliquod relinquatur Monacho sub hac conditione, ut non queratur Monasterio, an valeat tale relictum. Et videtur primò quod non, quia continet impossibilitatem, & repugnantiam quendam; nam Monachus non potest habere aliquid, sed totum est Monasterii 12. q. 1. c. Nolo, & c. Non dicatis, & in auth. Ingressi C. de Sacros. Eccles. Unde dicere quod sit Monachi, & non queratur Monasterio, & contradictio quendam in seipso, & quaedam perplexitas, que habet vitare contractum & legatum, ut l. Si Titius, ff. de cond. instir. & l. Ubi repugnantia ff. de Regul. jur. In contrarium concludit ibi Bart. dicens predicta verba, (ut nihil queratur Monasterio,) esse intelligenda respectu utilitatis, non autem respectu juris; & est sensus, ut Monasterium illam patitur habere eo modo, quo potest, scilicet conventibus oculis Domini, ut l. 4. de manum. & sic nihil queratur Monasterio scilicet factio. Sic ergo fit impropriatio verborum, ut relictum valeat, & Monacho acquiratur libera sine proprietate administratio, Bartol. refert, & sequitur Abbas d. conf. 44. num. 1. lib. 2. & conf. 63. Ut veritas numer. 7. in fin. eod. lib.

22. Ceterum hoc argumentum de servo ad Monachum hoc casu non videtur urgere, quia non procedit ubi contrarium reperitur in iure expressum, ut declarat Abbas in e. de uxore, de servit. Quamvis autem servus liberam peculii administrationem possit habere, si ei specialiter concedatur à Domino, ut legitur in d. l. Cum Tuberonis, certum est tamen Monachum non posse habere administrationem ad libitum solum ex dispensatione Abbatis, imò nec Papæ, secundum Abb. hic 7. 4. Quin imò nec administrationem dependentem à Superiore, nisi sit officialis temporalis Monasterii; ut est textus hic secundum communem intellectum de quo infra n. 39. & 42. Ad hæc servus ex permissione Domini potest habere aliquid proprii d. l. 4. de manum. At cum Monacho non potest Abbas super proprietate dispensare d. c. Cum ad Monasterium §. Tales de stat. Monach. Item ut servus nihil sibi acquirat jure civili statutum est in favore Domini. Unde potest Dominus in hoc favori renunciare, d. l. Quam Tuberonis, & ex Regul. l. Si quis in conferendo C. de pact. nam & potest eum in totum à servitute liberare, l. 1. & toto titu. ff. de manum. cum duob. tit. seq. At abdicatio proprietatis, ad quam Monachus se astrinxit voto solemnè, est de jure natu-

rali divino, c. Magna de vot. ac propterea Abbas super eo dispensare non potest d. §. Tales. Sicut nec potest Monachum etiam incorrigibilem à iugo Monachice servitutis abolvere, c. fin. de Regul. ubi Abbas & Doctores, & idem Abbas in cap. Quod à te, de cleric. congre. Distinctior ergo quoad hoc est servitus Monachalis, quam seculari, c. Multos 54. distinct. Abbas d. conf. 88. in princ. vers. Censetur enim lib. 1. & magis strictior est Monasterio Religiosus, quam servus Domino, ut per eundem Abbatem in d. c. Cum ad Monasterium. Sed & Bartoli doctrina in d. auth. excipitur, vix defendi potest; & eam multum temperat Abbas in d. §. Tales num. 8. nam quotiescumque legatur regulari incapaci sub modo illicito non fit verborum impropriatio, sed legatum ipsum vitatur. Casus est in e. Exiit, qui seminat, §. Ad hæc, quia Fratres de verb. signif. in 6. Præterea inquiri an Monasterium non obtinere ea conditione possit auferre Monacho legatario commoditatem, vel ulum facti bonorum legatorum non possit, si diversi posse ad sui libitum revocare; hoc est contra mentem testatoris, qui nolit ut quidquam acquiratur Monasterio, saltem de facto, secundum Bartol. interpretationem: Si dixeris non posse auferre, hoc est contra cap. Abbatibus 18. q. 2. & d. cap. Cum ad Monasterium §. Tales infra eodem, & Clem. 1. vers. Licet Priores, & de just. negl. Præl. Quod ad id verum est, ut si Abbas promiserit Monacho suo dare singulis annis certam pensionem, nihilominus possit hujusmodi promissionem revocare, nisi fuerit per Sedem Apostolicam confirmata, ut per Joan. de Imol. Abb. & DD. in cap. Nisi essent veri provisi de prob. & per eundem Abb. in d. cap. Cum ad Monasterium n. 11. ubi inserti (ut si Abbas concedat Priori obedientiam, seu mandatum, ut ad vitam teneat Prioratum, seu administrationem sibi concessam, potest nihilominus revocare; quia non potest Abbas sibi imponere legem, nec venire contra dispositionem illius §. Tales, quia labefactaretur vis voti Obedientie, quod est unum de tribus substantialibus regulæ; imò tenet revocatio, etiam si Abbas jurasset non revocare, licet incidat in perjurium secundum Joan. Andr. in cap. Non est obligatorum de Regul. jur. in 6.) Hec Abbas, qui addit fe ita in questione facti respondisse. Dicendum est igitur eam conditionem tanquam turpem & impossibilem, ut vitare legatum, aut haberi pro non adjecta juxta ea que notantur per glossam & DD. in cap. final. de cond. oppost. quod ultimum tenet ibi Bartolus in l. Lucius §. Tres heredes ff. ad Trebell.

Secundum fundamentum deducitur ex cap. Religiosus, de de testam. in 6. quo testum primo loco motus Abbas d. conf. 44. ad decisionem lib. 2. consuluit valere relictum factum cuidam regulari distributionem prout ei videbatur, & placebit; quia, inquit, bona non fuerunt simpliciter relicta dicto Fratri tanquam proprietario, sed per eum ordinanda & distribuenda, ut sibi videbitur & placebit; quo casu valet relictum factum cum Monacho, censetur quodammodo administrator & distributor bonorum. Quod ipsum tenet Bald. in l. fin. n. 9. & seq. C. de act. emp. Sed contrarium verius docuit idem Abb. hic n. 4. nam text. in d. c. Religiosus, non loquitur de administratore bonorum, sed de nudo executeore, non enim prohibetur Religiosus esse executor ultime voluntatis de sui Superioris licentia, ut ibi & in Clem. Religiosus de testam. sed non propterea dicitur habere bonorum administrationem, sed nudum ministerium duntaxat, nec potest sibi aliquid commodi ex eo relicto percipere; nam si perciperet, jam non esset executor, sed legatarius, l. Si quis Titio, ff. de leg. 2. & adnotatur Bald. conf. 482. Quia dicitur venatus lib. 4. Feder. de Sen. conf. 56. Domine Franciscus vers. Secundo queritur in princ. & Angel. conf. 129. Bona dicti Testatoris, vers. Quia igitur.

Tertium fundamentum desumitur ex cap. Insuperante, cum ibi rotatur per gloss. & Innoc. Qui cler. vel vov. quem textum dicit ad hoc irrefragabilem Navarr. in e. Non dicatis n. 46. 12. q. 1. & singularem Abb. in d. conf. 44. lib. 2. n. 3. & 4. Cujus hæc sunt verba (Nam Abbas potest Monacho dare licentiam plenè administrandi certa bona, Et in eod. cap. Cum ad Monasterium, idem Abbas per illum textum determinat licentiam esse constitutionem, vel consuetudinem, quia Religiosus certum quid annuum pro vitu tradit, quod etiam dixit in aliis locis à Decio relatam in cap. Educere n. 5. de restruct. Quod ipsum ante eum sentit Joan. Andr. in cap. Non est obligatorum de Reg. jur. in 6. ubi ait valere latitum jura saltem de causa factum, ut Monasterium pateret istam vicium Monachibus, & non vellet habeant ea, que labore manuum suarum lucrantur, & idem Joan. Andr. in d. cap. Cum ad Monasterium, col. 4. in verb. Dignitate, post Guil. Nas. Doctorem antiquum; (Coria Romana, inquit, scit, & tolerat quod Regularibus taxetur aliquid pro vestimentis, vel dentur ad id certæ pensionis. Unde & Regularis Capellani Papæ de servitiis ita recipiunt portionem, sicut aut; teltari tamen de his non possunt, quia proprietarii.) Et infra: Et idem de Monachibus que à Monasterio habent solum vicium, & à parentibus, vel de suo lucro habent inda-

preste habitus, vel probabiliter presumpsa, & sequitur Navarr. in d. cap. Non dicatis, n. 52. post Turicrem. ibidem art. 8.

31. Sed certè textus in d. cap. Insuperante, nihil facit, quia tantum declarat validam esse professionem, quam fecit quidam mulier in manibus Fratris Ordinis S. Augustini, eo tempore adjecto, ut in domo propria cum omni substantia sua remaneret. Unde ex hoc textu solum colligi potest professionem non vitari ex pacto reservationis bonorum; sed an ejusmodi pactum validum sit, vel potius tanquam turpe habeatur pro non adjecto, textus non declarat; & maxima est in hoc opinio varietas, tam in d. c. Insuperante, quam in e. fin. de cond. oppost. & in aut. Ingressi, C. de Sacros. Eccles. ut per Navarr. in d. c. Non dicatis n. 46. 12. q. 1. Nec urget ponderatio ejusdem Navarii quod cum dicta mulier permititur in domo propria permanere, sicut & in c. de Viduis, 27. q. 1. necessario etiam ei permittitur substantie sue administratio, sine qua vivere non possit. Respondetur enim nulli contraire de hac permissione permanendi in domo propria, cum prædicta jura non dicant, & quatenus contraire, non tamen hinc liceret inferre ut illi permilla esset administratio substantie sue; ut via necessaria possent ei subministrari à Monasterio, vel Ordine, cui bona pro professionem sunt acquisita, eaque ratio esset inculcanda, per quam illius necessitatis consultum esset, & religiosa paupertas non violaretur. Et quamvis glossa in verb. ut in domo propria, exponat verba illa, in domo propria cum omni substantia sua, id est cum usufructu substantie ante Monachatum, ut de usufructu illarum rerum vicium & vitium haberet in vita sua; tamen in hoc opinio gloss. non potest salvari, quia Regularis sicut est incapax proprietatis, ita & usufructus vel usus juris, Clement. Exeret, §. de verb. signif. & Extravag. Joan. XXII. Ad conditionem eod. tit. & clarè deciditur à Conc. Trid. in cap. 2. sess. 25. de Regul. vers. Nec dicitur etiam ad usufructum, vel usum. Ratio est, quia dominium fructuum quod habet usufructarius, opponitur essentialiter voto paupertatis, ut inferatur dicitur n. 42. vers. Ratio dicitur inferri. Et patet ex dictis sup. n. 10. Quid si glossa intelligat usufructum pro usu facti, ut videtur declarare in fine, seu de usufructu improprie pro usu & commoditate juxta text. in l. 1. & ibi glossa in verb. Trebell. d. de Trebell. & in e. Exiit & Ad hæc, vers. Quorum in usufructum legitur Ordinis, vel Fratris ubi licet habere de verb. signif. in 6. glossa rectè loquitur, quia Monachus sicut & servus est capax usufructus usus, ut in d. c. Exiit, §. Insuper, & d. Extravag. Ad conditionem, Navarr. in e. Non dicatis n. 10. 12. q. 1. Sed hic usus facti nihil habet commune cum administratione peculii, ut declarat Calder. conf. 2. de Regul. vers. Profructu possit. Doct. in autem D. Thom. non obstat, quia in primo membro dum dicit Monachum habentem dispensationem esse posse facere elemosinam, intelligi debet vel de Monacho Officiali, vel de eo qui habet prædictam commissionem ad distribuendum in pauperes juxta text. in cap. Religiosus de testam. in 6. ut satis innuunt verba illa potest elemosinas facere de rebus Monasterii, secundum quod sibi est commissum. Et ita etiam intelligendus est textus in Clem. 1. §. Si & talis de vita & honest. Cleric. Nam ibi Religiosus habens admittit auonem, id est facit elemosinam de episcopo, id est, ut illic exporitur tabore moderato, quia per dictam Decretalem ei specialiter committitur, ut illud det pauperibus. In secundo autem membro S. Thomas expressè loquitur de simplici Monacho, qui nullam habet administrationem, & hoc potest nihilominus accipere aliquid de rebus Monasterii, & in elemosinam dare de licentia Abbatis expresse, vel probabiliter presumpsa, quod nihil habet commune cum casu nostro. Ad cap. De Viduis, 27. quæst. 1. alio modo respondet Host. hic.

Quartum fundamentum sumitur ex cap. Cum ad Monasterium, §. Tales, infra eod. quem textum allegat Abb. in d. conf. 44. n. 4. lib. 2. ad probandum posse Abbatem dare licentiam Monacho plenè administrandi certa bona. Et in eod. cap. Cum ad Monasterium, idem Abbas per illum textum determinat licentiam esse constitutionem, vel consuetudinem, quia Religiosus certum quid annuum pro vitu tradit, quod etiam dixit in aliis locis à Decio relatam in cap. Educere n. 5. de restruct. Quod ipsum ante eum sentit Joan. Andr. in cap. Non est obligatorum de Reg. jur. in 6. ubi ait valere latitum jura saltem de causa factum, ut Monasterium pateret istam vicium Monachibus, & non vellet habeant ea, que labore manuum suarum lucrantur, & idem Joan. Andr. in d. cap. Cum ad Monasterium, col. 4. in verb. Dignitate, post Guil. Nas. Doctorem antiquum; (Coria Romana, inquit, scit, & tolerat quod Regularibus taxetur aliquid pro vestimentis, vel dentur ad id certæ pensionis. Unde & Regularis Capellani Papæ de servitiis ita recipiunt portionem, sicut aut; teltari tamen de his non possunt, quia proprietarii.) Et infra: Et idem de Monachibus que à Monasterio habent solum vicium, & à parentibus, vel de suo lucro habent inda-

menta; aliis sepelirentur in morte cum eis in sterquilino.) Hec Joan. Andr. quem totidem verbis sequuntur ibi Butr. n. 2. & Abb. n. 8.

Sed certè nec textus in d. §. Tales videtur probare id ad quod eum allegant multi ex Doctoribus, id est licere simplici Monacho de Abbatis licentia ad tempus habere peculii administrationem. Verba enim textus sic se habent: Tales autem ad agenda officia Monasterii deputantur, qui fideles fuerint, & dijereis. Et in hac prima parte certum est Decretalem non loqui de simplici Monacho, sed de Officiali duntaxat. Unde Joan. Andr. ibi, col. 3. in verb. Dijereis, exemplificat in Cellerario. Deinde immediate subdit textus: Nec alicui committatur aliqua obedientia perpetuò possidenda tanquam in sua sibi vita locetur, sed cum oportuerit amoveri, sine contradictione qualibet revocatur. Et in hac secunda parte Decretalis similiter non est intelligenda de simplici Monacho, sed de Officiali, ut Procuratore, Syndico, Cellerario, & similibus, quorum superius immediate memperat, prout illum intelligit Butr. n. 11. dum exemplificat in administratore, qui non sibi, sed aliis possidet, juxta textum hic, id que satis indicant verba illa, Nec alicui, id est alicui ex prædictis, ponderando particulam, Nec, quæ negat, & copulat precedentia cum suis qualitatibus, l. Quidam, & ibi gloss. vers. ff. de vol. l. 1. Si quis stipulatus ff. de verbor. oblig. Baldus conf. 497. Casus talis est, n. 2. lib. 5. Et de cuius natura est jungere, seu continuare, & negare, Angel. Arctin. conf. 89. Pro decisione n. 7. & signorol. conf. 208. Factum sic se habet n. 3. vers. Præterea nec revolvitur usque in fin. ubi ait, censeri repetita precedentia in sequentibus per dictionem, Nec, copulatis. Sensus igitur illius Decretalis videtur esse hujusmodi, videlicet, Procuratores vel alii Officialis per administrationem bonorum Monasterii nullatenus constituantur perpetui, ne videantur esse quasi conductores ad vitam, sed sint amovibiles ad nutum Abbatis; hoc enim importat verbum illud, Obediencia, que alio nomine hic appellatur conjuncta administratio, & Joan. Andr. exponit, Obediencia, id est Prioratus, vel certa administratio Ecclesie, & Butr. n. 6. pro Prioratu Monachali est vi obedientie. Unde in hunc sensum textus ille concordat cum hoc capite. Quod similiter non habet locum nisi in Monachis Officialibus, ut inferius dicetur. Et cum Cl. i. de sep. neg. Pr. quo similiter loquitur in administratoribus Officialibus re Rectoribus; & in v. Licet Priores, nihilominus statuit ut rectoribus hujusmodi liberè possint ad claustrum revocari, ubi glossa in verb. Cum oportuerit, pro concordant. allegat textum in d. §. Tales. Ad idem textum in c. Per Tuas in fin. de Simon. Præterea & d. §. Tales, non probat licere Regularibus habere administrationem ad nutum, nisi à contrario sensu; nam ex eo quod prohibeat administrationem ad vitam, à contrario sensu videtur inferri, ut illam permittat ad tempus. At hoc argumentum desumitur non potest ad correctionem hujus textus quod non permittit administrationem ad tempus nisi officialibus Monasterii, ut mox dicemus. Ita declarat glossa in c. Significasti de for. compet. & Gemin. in c. Cum Episcopus col. 3. vers. Et ad textum allegatum in contrarium de offic. ordin. in 6.

Ultimum ergo & præcipuum fundamentum deducitur ex 39 decreto Lateranensis Concilii hic relato, circa cuius tamen intellectum non conveniunt Doctores in illis verbis; Qui vero peculium habuerit, nisi ab Abbate fuerit eis pro injuncta administratione permissum, à communione removeatur altaribus. Quidam enim arbitrantur, lux permissione Abbatis absolute licere etiam simplici Monacho habere administrationem bonorum stabilium fundantes se in verbis illis, nisi ab Abbate, & c. Quam opinionem secuti sunt multi ex legitis in auth. Ingressi Cod. de Sacros. Eccles. quos tacito nomine refert Joan. Andr. in loco inferius citando. Unde Rota diversè de eis, 772. n. 2. par. 1. dum decidit Prioratum Religiosis S. Spiritus potuisse conferri in titulum Fratri prædicti Ordinis juxta litteras Pauli II. & Sixti IV. (Non enim, inquit, repugnat voto paupertatis habere peculium ex permisso Superioris c. 2. ubi Abb. n. 4. de stat. Monach. Silvest. in ver Religio 6. n. 7. vers. Sin autem, quia cum hæc beneficia sint ad nutum amovibilia, si qui ea obtinet est temper paratus dimittere, quando superior voluerit, & sic non repugnat voto paupertatis.) Et infra (Ex hinc est quod Regularis possit disponere de fructibus beneficiorum secularium, ut per Navarr. in e. Non dicatis n. 42. 12. q. 1. Et in analog. Mon. q. 80. n. 4. & 5. Post Cardin. in Clem. 2. §. Sed & tales in 1. mot. de vit. & honest. Cler. & in Clem. Gratia col. 1. in fin. vers. O non interrogatus in quæst. facti de restruct.) Hæc sunt verba Decisions, cum qua videtur contentire decisio prima de poenis in antiqua, & idem in Monachibus repetit decis. 217. num. 12. par. 2. divers.

Nec quoad beneficia que in titulum Regularibus conceduntur, videtur dissentire S. Congreg. Concilii & declaravit enim dignitates & officia que dantur in titulum, non comprehendit decreto c. 2. sess. 25. de regul. quemadmodum

73 Regularibus non possunt concedi a Superioribus bona stabilia etiam ad usufructum vel usum, administrationem aut commendam etiam depositi aut custodia nomine. 74 Superiores regulares non possunt habere administrationem temporalem bonorum Monasterii. Administratio bonorum Monasterii a Clemente

M Onachi. Hac Constitutio communiter non summat, quia continet plura dicta, que breviter in compendium redigi non possunt, ut per glossam, Joannem Andream & Anton. de Butr. tamen comprehendendo substantiam secundum Abbatem sic potest sumari. Monachi non debent poni singuli per Parochias. Hoc primo. Si pro Monachatu aliquid datur, receptus a Sacris Ordinibus prohibetur, & recipiens ab officio suspenditur. Hoc secundo. Monachus habens peculium sine licentia Abbatis ab Altaris Communione remouetur; & sic decedens sepultura & Fratrum communiione privatur. Hoc tertio. Si pecunia conferatur pro habendo aliquod officium in Monasterio, dana & recipiens deponatur. Hoc quarto. In Prioratibus Conventualibus per electionem instituti non sunt removendi sine causa rationabili; & de causa rationabili tria ponit exempla & hoc dicit usque ad finem. Atque ita quinque sunt dicta. Secundum hic: Si quis. Tertium hic: Qui verbis. Quartum hic: Prioratus. Quintum hic: Priori. Joannes Andream & Butr. dividunt in tres partes, ut per eos.

Nota primo Monachos non debere solos per Villas & Oppida habitare; & signa litteram contra Solitarios de quo plura hic per Joannem Andream n. 3.

Secundo nota Monachum non debere constitui sine socio sui Ordinis in Ecclesia Parochiali. Quod intelligit Abbas n. 3: quando Ecclesia Parochialis est Monasterio subiecta, ita ut Monachus propterea non desinat esse obedientialis Monasterii, sed si religiosus promoveatur tanquam quilibet Clericus secularis ad Ecclesiam Parochialem. Tunc enim cum desinat esse Monachus Monasterii nec ullam habeat amplius communionem cum illo, ut in e. Ne pro convulsibus 16. q. 1. non tenetur Abbas ei dare locum. Allegat glossa notab. in Clem. Ne in agro §. Ad hoc in verbo ad claustrum hoc tit. Hodie an hoc sit verum & an Regulares prelati possint Parochialibus Ecclesiis, dicam plenè in e. Quod Dei simonem infra eodem.

Tertio nota penam assumpti ad Monachatum per simoniam, quia irregularis efficitur. Uadè colligitur Joannes Andreas n. 5. & Card. in §. si quis n. 1. post Petrum de Sampsona & Abbatem Antiquum irregularitatem quoad Ordines contrahit pro simonia commissa, etiam in simplici Beneficio. Quod intelligit Butrus, numero quarto de irregularitate lata.

Quarto nota permittendum non esse ut Monachus habeat peculium, nisi pro injuncta sibi administratione, de hoc latissime in questione sequenti; & preteritum, numero 39. & 42.

Contingit sæpe ut in aliquibus Monasteriis tam virorum quam mulierum, novit in actu renunciationis bonorum ad favorem Monasterii vel in actu professionis referent sibi annuos redditus seu annuam provisionem pro suis religiosis necessitatibus; & in aliis Monasteriis item accidit frequenter ut census annui seu bona stabilia relinquuntur Monasterio etiam titulo Institutionis à parentibus vel consanguineis alicujus regularis eo tenore adjecto ut Superiores concedere debeant eidem regulari administrationem dictorum censuum seu bonorum stabilium, ita ut idem possit convertere illorum redditus in suos honestos usus. In aliis vero servatur ut regulares, pecunias ex prædicatione seu lectione aut aliunde questitas tribuant Monasterio ad hoc ut eas emanent census perpetui, quorum redditus quotannis assignari debeant eidem Regulari pro suis necessitatibus. In aliis denique usus receptum est ut ex redditibus Conventus unicuique ex fratribus vel fororibus assignetur singulis annis certa portio, sive in pecunia, sive in aliis speciebus ad hoc ut ea parat sibi necessaria ad vitam, nec Monasterium eis aliquid ultra præstare, nec ipsi accepti rationem reddere teneantur. Ex factis quaesitum est, an in his & similibus casibus liceat Regularibus utriusque sexus habere predictos annuos redditus, seu provisiones annuas, vel bonorum stabilium administrationem seu peculium non superfluum nomine Conventus; ac de voluntate Superiorum licentia & dependenter ab eorum voluntate ac nutu, aded ut sint immunes à culpa & pena, de qua in e. 2. §. 25. de Regular. Concl. Trident.

Quoad extrinsecam Regularium proprietatem, providè sancitum est Decreto, dicto e. 2. §. 25. de Regular. sed in sensu tam variis & à mente Sancti Synodi alienos decesserunt scriptores moderni, ut fere ad nihilum redactum videatur.

Siquidem primus furtè omnium Navarrus in Comment. e. Non dicitur 12. q. 2. n. 47. ut evitet dispositionem d. e. 2. præmittit proprium esse duplicis generis; alterum quoad

VIII. tribus officialibus demandatur, id est Exactori, Depositario & Dispensatori, ibidem. 75 Regulares non exeuntur ab observantia Decretorum Clementis VIII. hoc præsertim quod cum recepta non fuerint. 76 Regularibus non licet interpretari Decretum, e. 2. l. 25. de Reguli.

verum dominium & proprietatem, quale habent homines seculares; alterum quoad liberam administrationem, quale habent beneficiati, quod alio modo dicitur peculium in Rubr. de pecul. Cleric. Deinde primum proprium secundi generis in tres species subdividitur. Præsertim speciei proprium est quod datur ad administrandum in utilitatem & damnum concedentis tantum, quale est quod conceditur officialibus Monasterii & obedientiaris. Proprium secunde speciei est quod datur in utilitatem & damnum accipientis cum facultate disponendi de eo in suos honestos & pios usus tantum. Proprium tertie speciei est quod datur in commodum vel damnum accipientis cum facultate disponendi pro libito in quocumque usus etiam profanos. Quibus præmissis Decretum d. e. 2. in sermo. dum disponit ut nemini Regularium liceat bona immobilia tanquam propria possidere. Navarr. dicit esse intelligendum de proprio tantum primi generis & in effectu esse gloss. in d. e. Non dicitur quatenus habet proprium nemini Regularium esse permittendum & e. Cum ad Monasterium in princ. infra eodem quatenus prohibet ne quis Monachorum proprium aliquo modo possideat. Undè sicut predicti Canones intelliguntur à Doctores de proprio primi generis, ita & Concilium esse intelligendum quod venit ad illorum declarationem. Dum verò Concilium in princ. d. e. 2. subjungit ut nemini Regularium liceat predicta bona possidere etiam nomine Conventus. Navarrus putat id esse intelligendum de proprio secundi generis tertie speciei & etiam secunde, videlicet sine justa causa concessio. Movetur, quia Concilium Lateranense in hoc e. dum statuit ut Monachi peculium non permittantur habere, intelligitur de peculio quod habet Monachus, vel cum libera disponendi facultate, vel cum facultate disponendi in suos honestos usus sine justa causa concessio; & sic de peculio secundi generis tertie speciei; & idè eodem modo esse intelligendum Decretum Concilii Trident. ne videatur contradicere Concilio Lateranensi, cui expedit jura viribus concordare. Ita Navarr. qui tamen deceptus tam circa intellectum Concilii Lateranensis quam Trident. ut inferius demonstrabitur n. 33. & 44. Rursum Concilium Tridentinum ubi supra dum secundo loco subijcit Nec dicitur licet Superioribus bona stabilia alicui Regulari concedere etiam ad usufructum vel usum, administrationem aut commendam. Putat Navarr. nihil nisi juris inducere, sed solum continere declarationem principii, d. e. Cum ad Monasterium, §. Tales atque ita non prohiberi ea parte Decreti nisi illam administrationem que conceditur Regulari cum facultate liberè disponendi quod est peculium tertie speciei, vel administrationem cum facultate disponendi in suos usus sine justa causa concessio, quod est peculium secunde speciei.

Eundem intellectum dat Navarr. ad verba que tertio loco subsequuntur in d. e. 2. §. 25. de Reguli. hic Administratio autem bonorum Monasteriorum sive Conventuum, ad solos officiales eorumdem ad nutum Superiorum amovibiles pertinet. Existimat enim Navarrus & malè hoc loco & proxime procedenti, Concilium non prohibere administrationem illam que conceditur Regularibus non Officialibus ex justa causa cum facultate disponendi in suos honestos & pios usus, sed tantum prohiberi administrationem peculii tertie speciei & secunde quando conceditur sine justa causa. Nec in his aliud fundamentum adducit quam quod Concilium ita sit interpretandum ut Juri communi non deroget, sed potius consentiat cum illius dispositione. Sed in hoc quoque fallitur tam quoad intellectum Juri communi quam Decreti Concilii ut similiter patet inferius eodem num. 39. & 41. Ex his censet Navarrus & malè in Comm. d. e. Non dicitur 12. q. 1. n. 41. Si Regulari tradatur peculium non ad illud administrandum in solam utilitatem Monasterii, sed quasi locatum ut cum alicui Regulari tradatur aliqua villa vel domus cum suis bonis administranda, ea lege ut certam portionem solvat Monasterio, tunc posse cum soluta pensione disponere de residuo, sicut posset Prelatus sine ullo proprietatis vitio non habitante Decretum Concilii in d. e. 2. ut postea conclusit n. 47. proximi citato & n. 50. Quin imò conf. 17. incip. Generalis de stat. Monach. consultat & pessime Generalium Ordinis Sancti Augustini de consensu Prioris & Conventus Sancti Augustini potuisse licite concedere Ecclesiam illi unitam cum quadam horo & aliis, ad tam pertinentibus eidem Fratri sui Ordinis ad vitam ejus ea lege ut solveret certos census annuos à Monasterio debitos, bona meliorare & celebrare quasdam Missas &c. nec licere eidem Generali aut Successori dictam administrationem sine justa causa revocare abique peccato etiam mortali. Quibus etiam fundamentis

in e. Nullam n. 25. 18. q. 2. latissime defendit non esse à Jure aut à Concilio Tridentino improbatum statum Canonicorum Regularium quorum Ordinem & ipse professus fuerat vel Monachorum Hispanie quibus certa portio panis, vini & reliquorum necessarium pro victu & certa quantitas pecunie pro vestitu distribuitur alibi per portiones quotidianas, alibi per portiones mensuales vel annuas, ita ut nihil ultra teneatur eis Ecclesie & Monasteria ob ullam necessitatem suppeditare, nec ipsi è conventu teneantur eis residuum reddere, dummodo illud in suos honestos vel pios usus convertant.

Amplius idem Navarr. conf. 13. quaesitum est, de stat. Monach. Similiter pluribus ruetur Fratres Commendatarii Sancti Spiritus in Saxia, posse disponere ultra victum & vestitum de fructibus suorum Commendarum, nec teneri quod superest restituere Preceptorum Hospitalis & num. 25. Subdit in tota Ecclesia Christiana id servare omnes Religiosos habentes Beneficia Regularia sive in titulum, sive in Commendam; & se vidisse ita praticari in Canonicis Regularibus Hispania & Gallia & in Commendis & Prioratibus Ordinis Sancti Joannis Hierosolimitani de Spata, Alcantara & Calatrava, licet hoc loco loquarur in terminis Juri communi, nec meminerit Conc. Trid. Porò quavis supra dictam Navarrum sententiam jam reprobandam Sacra Congregatio Cardinalium ejusdem Concilii interpretetur, tamen illam licet fuit postea plerique ex recentioribus existimantes Concilium non obitare, quod simplex Regularis possit habere peculium seu annuos redditus ad suos honestos usus de Superiorum licentia & dependenter ab eorum voluntate; sed tantum prohibere peculia superflua & non licita & independentia à voluntate Superiorum; adjectives idipsum ad statum fuisse à Jure communi in hoc e. & in e. Cum ad Monasterium infra eodem inter quos recentior præcipue Jacob. de Grassis in suis decis. tom. 1. lib. 3. c. 5. n. 52. Fulv. Pacian. conf. 36. n. 99. tom. 1. Joannes à Cruce de stat. Relig. lib. 1. c. 3. dub. 2. Sanchez in summa tom. 2. lib. 7. c. 22. n. 11. Cenedo de pauper. Relig. dub. 9. n. 4. & Rodrig. de Regul. q. 129. art. 4. vers. Neque his obstat & infra ad quem hic, neque est intentio Concilii novas obligationes addere antiquis, Augustin. Barbof. lib. 3. & alii quos novissime conquirit Ludovus Laxtorum opinione selector Antonius Diana resol. moral. tract. 6. de pauper. Relig. resol. 31. ubi amplius confidetur adjecte in peculio Regularium specialiam esse peritorum qualitates & alias circumstantias, aded ut aliquando non sint condemnandi multi Religiosi amplissimos redditus possidentes, ut quia Prelatus vel Magister Ordinis aut quia Regula sit relaxata; & pauperes eo modo intellecta ex consuetudine, aut quia Religiosus habens peculium applicat aliquam illius partem in utilitatem Monasterii; aut denique quia Religiosus ille multa comparavit Monasterio, quæ omnia ferè ad litteram idem Autor transtulit ex Sanchez in summa tom. 2. lib. 7. c. 22. n. 18. Addit idem Sanchez d. e. 22. n. 11. hanc sententiam, id est Regularium posse retinere peculium de consensu Superioris etiam in terminis Concilii, non solum esse veriorum; sed etiam in omnibus virorum & Monialium Conventibus utriusque. Et Emanue. Rodrig. de Regul. d. q. 126. art. 4. vers. Neque his obstat Concilii Trident. Si contrarium, inquit, daretur, esset condemnare ad peccatum mortale omnes Moniales. Et idem juris esse si administratio peculii concessa sit simpliciter & indeterminate, quia intelligitur in usus licitos, censet Navarr. de restitut. lib. 3. part. 3. c. 1. in nova edit. dub. 1. n. 166. & sequ. corroll. 3. & Sanchez in Summa d. e. 22. n. 12. Quin imò idem esse si peculium concessum fuerit Monacho cum facultate administrandi liberè & prout sibi videbitur & placebit, quia hæc verba restringuntur ad arbitrium boni viri, censet idem Sanchez in Summa c. 17. vers. Atque hoc modo credo de justam causam permittendi ut Regularis habeat administrationem annui redditus esse, si ex illius persona Monasterio pauperi ingens commodum inferatur, affirmat Sanchez in d. e. 22. n. 18. vers. Aut multa bona & n. 24. ubi ait. (Si viri aut femina distitima in aliquo Monasterio egerint non aliter proficere velint quam reservato sibi peculio, quippè id licebit ut suis divitiis operetur illius Monasterii subvenient.) Quin etiam Pacian. addit. d. conf. 36. n. 93. & 95. in tantum licere Monacho ex permissione Abbatis habere peculium, ut in eodem peccato fuerit per Abbatem Ipolitum possit restitutionem petere, quod & Navarr. sentit d. conf. 14. n. 15. de stat. Monach.

Hæc atque alia plura referuntur apud recentiores, que cum videantur evirere Tridentine Synodi dispositionem de religio paupertate; & se facile possint adducere tam Superiores Regulares quam subditos in periculum salutis, pro veritate investigandum est primo, quid circa peculium Regularium sanxerit Jus commune. Secundo, an aliquid & quid addiderit Concilium Tridentinum. Quoad primam inspectionem de Jure communi pro regula

constituitur, ut nemini Regularium liceat habere peculium seu annuos redditus vel bonorum stabilium administrationem, quia hæc includunt proprium respectu domini quod opponitur essentialiter voto paupertatis, e. Nolo, e. Non dicitur 12. q. 2. c. Quoad de Off. Ordin. c. Abbas 18. q. 2. quod est delictum ex Concilio primo Aurelianiensi, e. 2. h. Quod si quis pecuniarum aliquid habere præsumserit &c. e. Joannes hic. Nec eorum aliquem peculiare quiddam habere de Reg. & in hoc textu hic. Nec peculium permittantur habere. Item distinctus & ut inquit Silvester in verbo Religio 6. n. 7. Præcepto terribili prohibet Innoc. III. in e. Cum ad Monasterium infra eodem, ubi etiam addit penam proprietarii, ut scilicet subterretur extra Monasterium in sterquilium in signum perditionis, nempe quia decessit in peccato mortali ut hic explicat Butr. Et quoad hæc penam concordat textus hic. Alia pena habetur in e. De lapsis 16. q. 7. & in e. Si quis 16. q. 1. Eodem respiciunt tam Jura que dicunt Monachos retari non posse ut in d. e. Nolo in fine 12. q. 1. c. Quia ingredientibus 19. q. 2. & Auth. Ingressi, cod. de sacros. Eccles. hic Nec ergo de his reseratur ut possit nec domini rerum, quam Jura que dicunt, quidquid acquirit Monachus, acquirit Monasterio, ut in præcitate c. Abbas & c. Quia ingredientibus, cap. unis. 18. q. 1. & c. In præsentia de probat. cum concord.

Quod aded verum est, ut neque ex permissione seu indulgentia vel dispensatione cuiusvis Superioris fas sit regularibus habere peculium, ut clare constat ex textu hic in princ. quod non prohibet simpliciter ne Regulares habeant peculium, sed ne peculium permittantur habere, ponderando illud verbum permittantur quod ad Superiores referunt. Ratio est quam adducit textus in d. e. Cum ad Monasterium his verbis. Nec vellet Abbas quod super habenda proprietate possit cum aliquo Monacho dispensare, quia abdicatio proprietatis sicut & custodia castitatis aded est annexa Regule Monachali, ut contra eam nec Summus Pontifex possit licentiam indulgere. Per quem textum Abbas hic n. 4. dicit nec Abbatem, imò nec Papam posse dispensare ut Monachus habeat peculium administrationem ad libitum, licet de Monacho Papa possit facere non Monachum secundum opinionem Vincentii & Joannis, ut per glossam in d. e. Cum ad Monasterium in verbo Abdicatio. Et secundum hoc salvantur hic dicta per Innoc. Etenim sententia Sancti Thomæ in 2. 2. q. 88. art. 11. communiter ab Ecclesia non tenetur, ut late per Joannem Andream in e. Senei Deo, de Regul. Jur. lib. 6. in Mercur. Quibus consequitur ut nec consuetudo etiam immemorabilis excuset Monachum à proprietate, nam cum adverteret Juri naturali & Divino juxta illud Psalmi 75. Vovete Domino & reddite relatum in e. Magna de voto, non confiteredo sed corruptela dicenda est, e. Mala, c. Frustra, 8. dist. c. fin. ubi notatur de consuet.

Et si non valet in hoc dispensatio vel licentia expressa, ut in d. §. Nec assimet Abbas, longè minus debet valere consuetudo que non nititur nisi tacito consensu Principis, lege de quibus, ff. de Leg. glossa & Doctores & in d. e. fin. de consuet. Quin imò ex Sententia Sacra Congregationis, nec necessitas nisi sit extrema, excusat à vitio proprietatis Regularem qui aliquid celat Superiori aut detinet eo invito. Quarebatur enim cum necessaria à Superiore etiam requiritur ideo denegatur, quia Monasterii facultates non suppetunt, licet Regularibus clam vel eo invito illa sibi comparare seu retinere. Sacra Congregatio respondit licere, si præcisè necessitas sit ad individui sustentationem. Ceterum communem penuriam ab omnibus perpetendam, usque aded ut si quid privatim alicui delatum vel ab ipso partum fuerit, id tunc ad Superiorem rectè deferri oportet, usque aded ut si quid succurrat ejus necessitati, cujus introitu illud obvenit, si peculiari aliqua necessitate ultra communem premitur, relictum Conventui incorporetur & in communem cedat utilitatem. Quippe præcisè hæc verba extrema necessitas, cum sit de Jure nature, nullis subest Legibus & ideo excusat à Regule transgressione etiam Fratres Minores Sancti Francisci, qui æreftissimam profiterentur paupertatem, ut est textus in e. Exiit, §. Porò de verb. signifi. lib. 6. hic. Nec istis Fratribus jure poli in extrema necessitate articulo ad providendum sustentationi natura vidè omnibus extremè necessitate detentis concessa præcluditur, cum ab omni lege extrema necessitas sit exempta.

Regulam ut supra firmatam n. 10. videlicet nemini Regularium licere de Jure communi habere peculium seu annuos redditus vel bonorum stabilium administrationem, multi ex Doctores limitant ut procedat tantum in administrationem peculii libera cum facultate disponendi ad libitum in quocumque usus, non autem in administratione quam habent Regulares in usus licitos de Abbatis licentia; & moventur potissimum quinque fundamentis.

Primum fundamentum deducitur à sermo, cum servus & Monachus quoad bonorum acquisitionem æquiparentur à uterque enim est incapax proprietatis, & sicut Monachus acqui-

432 nec olim comprehendebatur in decreto Concilii Lateranensis. de quo hic ut est text. in Clem. 1. de suppl. neglig. Pralat. quem ad hoc ponderat Navar. in cons. 13. quæstionem est n. 5. de stat. Monach.

433 Sed profecto hic canon longe alium habet sensum. Nam illa verba, nisi ab Abbate fuerit ei pro injuncta administratione permittitur, hoc tantum importat ut bonorum stabilium administrationem habere possint officiales Monasterii ad nutum amovibiles, atque ita explicarunt plures Classici DD. verba, (pro injuncta administratione.) Nam glossa in figura calos. Nota, inquit, concedi seculum ex causa administrationis, quæ verba glossa sic explicanda videntur; non enim dicit concedi in administrationem, sed causâ administrationis, nempe propter officium administrandi, quia officialis est conventus seu Monasterii, & Innoc. hic exemplificat in officialibus, puta Vestitarius vel elemosinarius & eum sequitur Abbas Antiqui in princip. in verb. Administratione, & fusiâ Host. dum dicit non comprehendit nisi officiales pro administratione temporalium deputatos. Idem Jo. Andr. in vers. Nisi ab Abbate, dicens, Monachum posse habere administrationem ex concessione Abbatis, si ejus administratio versetur circa temporalia, ut quia sit elemosinarius, Cellarius vel alius habens simile officium; Secus autem esse si ejus officium versetur tantum circa spiritualia, ut si sit Prior claustralis, Sacrista vel quis alius audiens confessiones, vel tantum vacans observantæ regule; & sequitur totidem verbis Anchar. n. 2. Butrius ipsam affirmavit inquit non in utilitatem propriam habentis administrationem, sed Monasterii. Et Cardin. in §. Qui vero num. 1. ubi ait; (Nota quod Monachus potest habere peculium ex permissu Abbatis pro injuncta administratione, ut in textu; Et exponit, quia Abbas commisit sibi administrationem, ex qua regenda peculium habere liceat; alias enim non posset Abbas dispensare, & potest ponit exemplum de administratione, ut quia Elemosinarius, Vestitarius, vel Cellarius, vel in alio officio ex quo habet recipere & in usus Monasterii expendere, sive sit pecunia, sive sit aliud; & tunc potius ipsa administratio habet propriam, quam ipse Monachus Secus si esset administratio, cujus ratione haberet tantum circa spiritualia intendere, ut Prior claustralis, vel quisvis alius audiens Confessiones; quia tunc non licet ex hac causa habere peculium.) Hæc Cardinal. Idem Joan. de Anan. quidquid dicant alii Doctores. Ratio diversitatis inter simplicem Monachum & officialem temporalem Monasterii ea est, quia simplex Monachus habens administrationem bonorum stabilium cum facultate convertendi fructus in usus licitos verè & in effectu dicitur potest usufructuarius bonorum; nam cum possit de fructibus disponere, dicitur habere jus utendi & fruendi & sic usum fructum, l. 1. ff. de usufructu l. 1. Cod. eod. & utrobique glossa l. instituit. eod. tit. in princ. Nec refert quod non possit de illis disponere nisi in honestas usus; nam nec clerici faculares possunt erogare fructus in periculosos beneficiorum suorum, nisi in usus pios, ut dicimus infra n. 59. & tamen in vita dicuntur usufructuarii, gloss. in c. Præsentis in verb. Reservati de off. Ordin. lib. 6. quam à toto mundo allegari dicit Barbosa in c. fin. de pœnal. cleric. Et est communis opinio, ut testatur Calder. cons. 163. alias n. 2. de rebus Ecclesiæ non alienand. vel certè Monachus habens administrationem bonorum stabilium cum facultate fructus erogandi in usus licitos dicitur potest usufructuarius qualifiscatus ad imitar beneficiarii secularis, secundum Præp. in summ. 44. dist. n. 4. vers. Exinde usus, ut etiam dicimus infra prædicto n. 59. vers. Et saltem si vera esset. Et similiter nihil refert quod administratio possit eidem auferri ad nutum Abbatis; si quidem hoc non tollit quin durante administratione habeat jus utendi & fruendi. Unde proprie dicitur potest usufructuarius ad beneficium gloss. 1. in l. 4. & gloss. 1. in l. Via ff. de servit. & gloss. 1. & 2. in l. Cum usufructus ff. de usufructu legato. Quapropter titulus administrationis nihil est aliud, quam palliamentum quoddam ad cohonestandum proprium; verè enim usufructuarius est dominus fructuum, l. Arboribus ff. de usufructu gloss. in l. Potior §. penult. in verb. Utendi ff. Qui potiores in pign. habeantur. Ideoque Monachus ei incapax usufructus non secus ac domini Clem. Exius §. Præinde de verb. signif. & dictum est supra n. 31. At fecus est in officiali Monasterii quia is dicitur administrator in utilitatem Monasterii duntaxat, nec potest de fructibus disponere, sed omnia acquirit & lucratur Monasterio, quia omnia opera regularis est Monasterio debita, cui se cum omnibus suis per professionem tradidit, c. In presentia de probat. auth. Ingressi Cod. de sacros. Eccles. Navar. in c. Non dicatis n. 40. in fin. & n. 47. vers. 2. Quod proprium secandi generis n. 9. i. Rationem differentie implicite assignat Butr. in d. c. Cum ad Monasterium n. 11. & Abb. hic n. 4. Itaque Concilium Lateranense I. constituit hic regulam negativam ibi; nec peculium permittitur habere, peculium id est patrimonium ut ibi per Anchar. & Joa. de Anan. in princ. Deinde impo-

nit per supra dictis in illis verbis: Qui verb peculium habuerit à communiione removeatur Altaris, & qui in extremis cum peculio inventus fuerit & dignè non penituerit nec oblatio pro ea fiat, nec inter Fratres accipiat sepulturam. Tertio limitat supra dictam regulam ut non procedat in officialibus, per dictionem illam, Nisi, quæ exceptionem importat, Feder. de Sen. cons. 80. Factum est tale num. 2. vers. Item non obstat. Exceptio autem firmat regulam in contrarium in omnibus aliis, qui non sunt officiales, c. Nonne de præsumpt. Bald. cons. 131. Casus est talis, vers. Super secundo lit. 1. Ex quibus apparet hunc posteriore intellectionem esse magis consonam litteræ, ac menti Concilii Lateranensis. & probari etiam à gravioribus Canonistis; & consequenter jure communi inspecto, fas non esse regularibus non officialibus habere peculium seu annuos proventus vel administrationem bonorum stabilium etiam ex dispensatione Superiorum & dependenter ab eorum voluntate & nutu. Hæc de prima inspectione.

Quoad secundam inspectionem, quia ob varice Doctorum intellectus ad hanc Decretalem & ad c. Cum ad Monasterium infra eod. res dubia videri poterat. Supervenit Concil. Trid. quod in d. c. 2. sess. 25. de regul. Has omnes alterationes diremit aperitissima decisione.

44 Primo enim disponit ut nemini Regularium tam virorum quam mulierum liceat bona immobilia, vel mobilia cujuscumque qualitatit fuerint etiam quovis modo ab eis acquisita tanquam propria aut etiam nomine conventus possidere, vel tenere, sed ea statim Superiori tradantur, conventuique incorporentur. Ponderanda sunt singula verba, cum nullum sit positum abique miterio. Ex quidem in illis verbis, tanquam propria, Concilium prohibet proprium fructu sumptum respectu domitii juxta text. in c. Voluntas 18. q. 4. & notat gloss. in l. Interdum ff. de acquirend. posses. in quo concordat cum jure antiquo in d. c. Non dicatis, & aliis juriis relatis supra, n. 10. in verbo autem, possidere, prohibet professionem & usum quatenus sunt nomina juriis, juxta text. in l. 1. cum ibi notatis per Butr. & DD. & in l. Possessio quoque §. Qui in aliena ff. de acquirend. posses. & in l. In noxa ff. de noxal. cap. Ad hæc & c. Ut nostrum de offic. Archid. & notatur per glossa & DD. in c. Cum nostris de concess. prælat. Demum in ver. Tenere, prohibet nudam detentionem vel usum facti juxta c. De his 30. q. 1. l. Stipulatio ista, §. Hoc quoque de verb. oblig. Felin. in c. Causam col. 5. in fin. de præscript. Tria ergo ibi prohibet Concilium, id est dominium, possessionem & nudam detentionem bonorum tam mobilium, quam immobilium. Pondera nunc illa verba, aut etiam nomine conventus, quæ iurestragabiliter convincunt Regularibus etiam nomine conventus, & sic dependenter à Superiore prohibent esse non solum proprietatem & possessionem, vel usum juriis, sed etiam nudam detentionem, vel usum facti. Nec alicui absurdum videntur debet quod hoc loco derogetur Regularibus usus facti bonorum mobilium contra text. in Clem. Exius §. Præinde de verb. signif. & Extravag. Ad conditorem eodem tit. & contra naturalem rationem, Calder. cons. 2. de Regulari. Siquidem Concilium antequam concederet Regularibus usus facti bonorum mobilium ad eradicandum omnem affectum proprietatis præcipit ut non solum omnia Superiori tradantur, quod etiam statutum fuerat in d. c. Cum ad Monasterium, ibi, totum in continentis resignet, & ibi Sed Abbati vel priori, vel Cellarario assignentur. Sed etiam ut conventui incorporarentur. Et post hæc incorporationem tantum, in fin. eisdem cap. 2. jubet ut mobilia usum Superiores permittant, nihilque quod sit necessarium eis denegentur. Et in hoc Concilium addidit juri antiquo, quatenus hæc incorporationem non requireret. Unde patet non esse amplius locum opinioni Hostiens. Joan. Andr. & Butr. in c. Cum ad Monasterium infra eod. & Silvest. in ver. Religio 6. numer. 7. assententium Monachum non esse proprietarium quando de qualitate & quantitate nihil celat Abbati, nec sine ipsius conscientia aliquid recipit vel expedit, paratus totum reddere & dimittere ad jussum Abbatis. Etenim cum etiam tunc Hostiens. & Joan. Andr. hoc periculosum & scandalosum existimarent, S. Sinodus totorem partem amplecti, non fuit contenta ut regularis nihil celaret Abbati, & esset paratus dimittere; sed amplius voluit ut omnia actualiter dimitterentur, & traderenturque Superiori & incorporarentur conventui. Addidit Clem. VIII. ut etiam confunderentur cum reliquis bonis Monasterii, quo communis inde victus & vestitus omnibus suppeditari possit, ut inferius patebit num. 71. Quapropter nec amplius admitti potest doctrina Butr. & aliorum, qui dixerunt legatum factum sub conditione ut nihil queratur Monasterio ita esse intelligendum, ut nihil Monasterio acquiratur de facto & quoad commodatam & permittendum sit ut Monachus habeat liberam legati administrationem, ut dixi supra n. 21. Jam enim constat omnia esse actualiter consignanda & ut supra confundenda pro communibus necessitatibus. Deinde quia aliquibus videri poterat

per supra dictam Concilii dispositionem non fuisse substatam administrationem ad nutum Superioris, de qua ne mentio in juriis prælatiis, & præcipue hic & infra in c. Cum ad Monasterium in Clem. 2. §. Sed & tales de vit. & honest. cler. & sepè alibi. Idcirco Concilium 2. loco disponit, ut ista alicui Regulari concedere, etiam ad usufructum, vel usum, administrationem, aut commendam; & administratio autem bonorum Monasteriorum seu Conventuum ad solos officiales eorumdem ad nutum amovibiles pertineat. Hoc loco Concilium expresse approbat intellectum gloss. Innoc. Host. Joan. Andr. & aliorum hic secundum quem disponitur, ut administratio bonorum stabilium nulli Regularium permittatur, nisi officialibus Monasterii ad nutum amovibilibus, quod perinde est ac si dixisset, Nullus Monachorum peculium permittitur habere, nisi fuerit ei pro injuncta administratione permittitur, quæ sunt verba Concilii Lateranensis hic; Et studiosè Patres ulli sunt verbis illis, Nec deinceps liceat, & c. quæ sunt apta importare tam juris novi editionem, quam antiqui declarationem juxta ea quæ notantur in c. Cum tu de usur. & in c. 1. ubi in specie Philipp. Prob. ad Joan. Monach. de privi. lib. 6. ubi ut propterea sit sensus, sive ex præscripto sacrorum Canonum prohibitum esset Regularibus non officialibus habere administrationem bonorum stabilium, sive id liceret, sive res dubia esset; de cætero tamen id non licet. Atque ita vice Concilium innovaverit, se declaraverit antiquam prohibitionem, sive novam prohibitionem ediderit, utcumque res se habeat, unum est administrationem hujusmodi nonnulli officialibus Monasterii esse permittam. Vult autem inepta est illorum interpretatio quæ afferunt Concilium hoc loco non prohibere administrationem, quam habent Regularis dependenter à voluntate suorum Superiorum. Siquidem verba Concilii non diriguntur in subditos, sed in Superiores tantum, ibi; Nec deinceps liceat Superioribus. Unde cum improbetur administratio illa, quæ conceditur à Superioribus; sequitur evidenter ut proprie improbetur administratio, quam habent Regulares dependenter à voluntate eorumdem Superiorum; nam si Superioribus non licet concedere alicui administrationem stabilium, ergo non pendet ab eorum voluntate efferre administrationem licitam vel illicitam, sicut videmus usum superfluum bonorum mobilium non fieri licitum ex eo quod Regularis dicit; Ego teneo immobilia superflua dependenter à voluntate meorum Superiorum & ad eorum nutum, quia Superiores non habent super hoc dispensandi facultatem, ut per Calder. cons. 2. vers. Ultra necessitatem de regulari. Et nuper respondit S. Congreg. Concilii à Generali Ord. Carmelitarum consulta; censuit enim Regulares præter superfluum quæ statim pauperibus Regularibus conventus, non posse de licentia suorum Superiorum regularium sua bona mobilia superflua & dependenter à voluntate eorumdem Superiorum & ad solum usum proprium possidere, seu retinere quod & multo antea declaraverat & nam cum fuerit dubitatum an dispensatione inferiorum à Summo Pontifice licet Regularibus possidere vel tenere agros, annuos redditus aliaque bona immobilia vel mobilia superflua, non obstantes decreto c. 2. sess. 25. de regul. S. Congregatio censuit non licere. Item consultata an propter talem dispensationem, seu licentiam Superiorum possidentes vel tenentes immobilia vel mobilia superflua à culpa vel à poena excusentur; respondit non excusari neque à culpa, neque à poena ipso facto incurrenda. Item an Superioribus aliterantibus hujusmodi licentias posse concedere, fides adhibenda sit S. Congregatio censuit non esse adhibendam. Præterea Concilium Indentium inherens Concilio Lateranensi, constituit primo regulam negativam in illis verbis, Nec liceat Superiori bona stabilia alicui Regulari concedere in administrationem. Deinde à predicta Regula Concilium excipit tantum officiales ad nutum ibi; administratio autem ad solos officiales ad nutum amovibiles pertinet. Si autem Concilium in dicta regula negativa non prohibisset simpliciter Monacho administrationem ad nutum; regula non differret ab exceptione, quia eodem modo esset permittita administratio ad nutum simpliciter Monacho, atque officiali Monasterii quod esset absurdum; tum quia de natura exceptionis est ut sit contra regulam, & eam vitiet in casibus exceptis, l. In his, l. Quod verò, & DD. ff. de regul. jur. tum quia alius non congrueret illa dictio, autem, quæ est adverbativa præcedentium, Baldus cons. 416. Super eo quod num. 53. 4. vers. Pro hoc etiam retinetur idem thema præcedens. Unde si dicitur, Scholares legunt, Petrus autem currit, intelligitur de Petro Scholaste. Ita Butr. in l. Maritus, §. fin. per gloss. ibi, ff. de adulter. Alex. cons. 117. Vbi titulo n. 5. lib. 6. & cons. 9. Attentis num. 4. lib. 7. cum denique quia Concilium incongrue dixerit, ad solos Officiales, si tam Officialibus, quam simplicibus Monachis permittisset admini-

nistrationem, ad nutum Superiorum, nam dictio illa, ad solos, est exclusiva aliorum omnium qui Officiales non sunt, Bald. cons. 331. In quæst. quæ vertitur n. 2. lib. 3. & specialis hæc exceptio imrat regulam in contrarium in omnibus aliis casibus non exceptis, l. Nam quod liquet §. fin. ff. de pan. leg. vulg. Cum ergo Concilium constituit manifestam differentiam inter hos duos casus, & administrationem permittat solis Officialibus ad nutum, hinc necessarid sequitur ut illam prohibeat ceteris omnibus non Officialibus, etiam ad nutum amovibilibus, facit reg. l. Cum Prætor ff. de judic. l. Maritus C. de procur. cap. Nonne de præsumpt. cum simi. Et confirmatur, quia cum in regula interdicitur administratio cuilibet Regulari, & mox excipitur sola administratio, quæ conceditur Officialibus ad nutum, hoc manifestè innuit hujusmodi administrationem ad nutum etiam in regula fuisse comprehensam, quia alias exceptio non esset de regula, & esset inepta, ut in d. §. fin. & declarat gloss. in c. 1. in ver. Vel extra de appell. lib. 6. Lap. Gem. & DD. in cap. Qui ad agendum, §. 1. de Procur. eod. lib.

Et eodem modo nullatenus congruit alia Navarri interpretatio, quod Concilium prohibet tantum administrationem tertie speciei, id est quæ conceditur Regulari disponendi pro libito in quocumque usus etiam profanos. Observandum est enim Concilium prohibere concessionem bonorum immobilium, etiam ad usufructum, vel usum, administrationem, aut commendam. Et quidem in verbis, ad usufructum interdixit administrationem illam, de qua Navar. loquitur. Quisquis enim habet administrationem cum facultate erogandi fructus in quocumque usus pro libito suo voluntatis, in proprie dicitur habere usufructum, licet revocabilitate ad nutum cum habeat jus utendi, & fruendi rebus Monasterii salva rerum substantia, & tanquam dominus fructuum possit illos vendere, donare, &c. quoad Superiores administrationem non revocaverit ad not. in l. 1. ff. de usufr. cum aliis superius allegatis n. 42. & declarat Silvest. in ver. Religio 6. n. 7. vers. Secundum si quis à Prælato. Inquiri ergo, si Concilium, ut putat Navarrius, tantum facultate hæc concessionem ad usufructum, quid aliud operentur sequentia verba, vel usum, administrationem, aut commendam. Dicendum est igitur Concilium prohibuisse quancumque speciem administrationis, ne alioquin nugatorie, & sine ullo effectu in re gravissima ea verba inculcaverit more Tabellionum in clausulis generalibus, ad cap. Si Papa de privi. in 6. cum præsertim illa posuerit tanquam diversitatem, ut constat ex dictionibus disjunctivis, vel, aut, quæ tam verba, quam sensus disjungunt, gloss. pen. in leg. 4. Cod. de verb. oblig. Sed nec alius Navarri intellectus potest admitti, quod in d. §. Nec deinceps, non prohibetur administratio, quæ conceditur Regularibus ad usus licitos, & ex justa causa; siquidem cum Concilium prohibeat generaliter & indefinitè administrationem bonorum immobilium, non est privati hominis illam restringere ac limitare ad eam tantum administrationem, quæ datur in usus licitos, & ex justa causa. Quin potius verbum, administrationis, indefinitè prolaturum generaliter & indefinitè est intelligendum, cap. Si Romanorum 19. dist. 1. cap. Quia circa infra de privi. leg. facit textus in l. De privi. ff. de Publician. in rem act. & in l. Non distinguimus ff. de arbit. indefinita enim significat universalis dicti. cap. Quia circa, etiam in odiosis cum sit indefinita legis ut notat Butr. in l. 1. §. Sed est n. 3. ff. de ventr. in posses. mittend. cum præsertim indefinita Concilii in dicti. §. Nec deinceps, sit negativè concepta, l. Non est sine liberti, ff. de verb. signif. Bald. in Auth. Sed si quis num. 6. Cod. de secund. nupt. Cravetta cons. 309. Plura excutenda n. 4. vers. Quænto potens. Præterea si Concilium non prohiberet nisi administrationem, quæ conceditur Regularibus ad usus licitos, & ex causa iniusta; sequeretur ut nulla esset differentia inter simplicem Monachos & Officiales, etenim nec Officialibus potest concedi administratio fructuum bonorum Monasterii ad usus licitos, sed in utilitatem Monasterii tantum, ut declarat Butr. & Abbas hic, sed consequens est falsum, quia inter hoc Concilium apertam differentiam constituit, ut ostensum est supra n. 52. vers. Præterea, & n. 53. ergo & antecedes. A postremo administratio ad usus illicitos, ut ad commensationes, ebrietates & impudicitias, &c. nulli Ecclesiastico, imò nulli mortalium permittitur est. Valde autem absurdum est prohibitionem à Concilio esse tam in specie ad Regularium reformationem usque adeo restringere, ut nihil aliud videatur Regularibus interdixisse, quam quod universis fidelibus etiam laicis reperitur à jure interdicitum. Facit textus in cap. Duo sunt genera 12. q. 1. ubi referuntur verba illa Hieronimi: Aliud verò genus est Christianorum, ut sunt laici. His licet temporalia possidere, sed non nisi ad usum. Hæc ibi. Et saltem si vera esset Navarri interpretatio, sequeretur hoc inconveniens, ut quoad facultatem disponendi de redditibus Ecclesiasticis, nulla esset differentia inter Clericos faculares & regulares. Ceruum est enim beneficiorum faculares non posse fructus superfluos beneficiorum suorum infumere in usus

prophanos, sed teneri eos pauperibus erogare, sive precepto iustitie secundum opinionem Archid. in Summ. 44. dist. quæ communitas est, ut testatur Major. in 4. dist. 24. quæst. 17. sive precepto charitatis iuxta sententiam D. Thomæ 2. 2. q. 185. art. 2. ad quod lib. 6. art. 11. quam tenent Præp. in Summ. 44. dist. à n. 2. Covarr. in cap. Cum in officio de Resolvent. n. 3. & Sarnien. de reddit. Ecclesiast. part. 2. cap. 2. & part. 4. cap. 13. & 2. Et propterea Præp. ubi supra n. 4. vers. Extende usus, dicit beneficia obtinentes non esse ex toto usufructuarios, quia non habent liberam facultatem, sicut usufructuarii meri, sed esse usufructuarios qualificados, quia tenentur redditus superfluos distribuere in alimoniam pauperum, & contra facientes peccant mortaliter, quod constat ex cap. Clericos, cap. Pastor, & cap. seq. 1. quæst. 2. ex cap. Illi autem, cap. Episcopus in secundo, & cap. fin. 12. q. 1. cum concord. Et ex his tollitur etiam ab omni intellectu eorum qui dicunt à Concilio in dist. 8. Nec deinceps, non prohiberi nisi administrationem, vel peculium superfluum. Præsertim quia Concilium, ubi voluit prohibere superflua, 59 expressit, ut paulo inferius in eodem cap. 2. §. Mobilium verò usus, Ergo eodem modo expressisset in administratione, si superflua tantum prohibere voluisset, l. un. §. Sin autem ad deficiens Cod. de caduc. toll. & cap. Ad audientiam de Decem. Ad hæc cum in d. §. Mobilium, expressè prohibetur usus superfluos bonorum mobilium, frustratorum fuisset in precedenti §. Nec deinceps, prohibere peculium superfluum; quia per prohibitionem usus superflui mobilium, quod minus est, multo magis poterat ceteri prohibitus usus superfluos peculii, quod magis est, c. Cum illorum, ibi, (Cum majora intelligantur prohibita quibus vetita sunt minora,) de sent. excomm.

60 Concludendum est igitur administrationem bonorum stabilium, seu peculium ex nulla causa, & nullo casu Regularibus esse permittam, Officialibus duntaxat exceptis. Facit decretum cap. 1. sess. 25. de Regul. quo precipitur, ut omnes Regulares tam viri, quam mulieres ad regulæ quam professi sunt præscriptam vitam instituant, & componant, & in primis ad obedientiam, paupertatem, & castitatem essentiam, necnon ad communem victum & vestitum pertinentia fideliter observent. Licet hoc quoque decretum Navar. videatur exequere, dum affirmat subditos Regulares non arctari ad illius observantiam, nisi prius Monasterium, vel Religio ipsa à Superioribus instituat, ac reformetur. Quod certè vim infert litteræ illius Decreti, & mentem Concilii destruit, quod non præcipit Prælati & Superioribus tantum, ut reforment, sed Regularibus omnibus, ut ipsimet ad præscriptam regulæ vitam instituant.

61 Hæc omnia multò clariora apparebunt ex declarationibus scriptis editis à S. Congreg. Concilii in casibus contingenti-bus, nam in causa Panormitana, cum quædam Monialis præter dotem Monasterio tributam, sibi reservasset leuta quinquaginta annua pro suis necessitatibus, atque indigentis, petiit sibi fieri facultatem illa erogandi in usus prædictos, S. Congregatio censuit hæc pecuniam annuam, non obitante reservatione, jam quæsitam esse Monasterio, ideoque defendendam esse rectè ad manus Abbatis, quæ primam prospiciat necessitatibus Monialis oratrici, & quod reliquum fuerit, in usus totius Monasterii convertat. Præterea in causa Neapolitana propositum fuit S. Congregationi dubium, ut infra, conceptum. In aliquibus Monasteriis nonnullæ Moniales centus, & annuos quosdam redditus, & proventus, seu fructus percipiunt sub diversis contractuum speciebus; nam aliquæ in ipsarum persona emerunt certos redditus à personis laicis, aliquæ ab aliis Monialibus, aliquæ ab ipsis Monialibus: aliæ verò dederunt pecuniam Monasterio, ut ex earum pecuniis fieret emptio nomine Monasterii ad rationem septem vel octo pro centenario, & Abbatis dabant ipsis Monialibus illos redditus quos ex dictis emptioibus exegebant singulis annis. Aliquæ Monasterii, seu eorum Superioribus certas pecuniarum summas manualiter pro indigentibus Monasterii dederunt pacto adjecto, vel etiam tacita conventione adhibita, ut Monasterium, seu Abbatissæ certus redditus ad rationem tot pro centenario eorum vitam durante concedat. Quæritur an Moniales prædicte in huiusmodi casibus incurrant in poenas per Concilium Tridentinum sess. 25. cap. 2. de Regular. in proprietas inlicitas. Etiam de licentia Abbatis, & ad Abbatissæ nutum, vel Conventus, seu Monasterii nomine percipiunt, Sacra Congregatio censuit in nullo supra dictorum casuum licere Monialibus dictos fructus, seu redditus percipere, & si perciperint, incidere in poenas dist. cap. 2. sess. 25. de Regular. Neque ab huiusmodi poenis excusari ob licentiam Abbatis, quæ eam d. Concilii Decreto in supra dictis casibus concedere quidem prohibetur, sed debet ex suo munere ex Monasterii redditibus, vel elemosinis Monialium necessitatibus in dies subvenire. Ex quibus declarationibus apparet non esse amplius locum opinioni Joan. Andr. in reg. Non est obligatorium, Calder. conf. 1. de Regul. & Abbas conf. 88. par. 1. exultantium licere professi de li-

centia Superiori Prælati accipere aliquam annualem provisionem à Conventu, vel à Provincia, puta futurorum decem, ut exemplificat Joan. Andr. vel quinquaginta, ut inquirat Calder. & Abb. prosequendam pro vitiis, & aliis peccabilibus necessitatibus.

Item nec opinioni Navarii in dist. cap. Nullam n. 25. 18. quæst. 2. assentiri licere Canonici Regularibus Hispaniarum accipere annuatim à Monasteriis portiones illas, quas vocant privilegiatas, nam quicquid esset de jure commune, jam post Concilium constat non licere Superioribus ejusmodi annuas provisiones cuiquam assignare, aut perolvere; sed debere eos in dies, & pro re nata singulorum necessitatibus proficere; præsertim verò quia etiam in terminis juris communis contra Navarum stat autoritas Innocent. in cap. Dilectus il primo in fin. de prob. ibi: Nisi essent Regulares, qui nec propriam possunt habere 12. quæst. 1. cap. Non dicatis; & idè nec portiones distinctas. Et quamvis Innoc. subdit, alii contra, hoc tamen non tollit quia prima dicitur sua opinio, ut declarat Decius in cap. 1. de constit. prope finem, & Joan. in l. Si idem cum eodem §. fin. num. 3. ff. de iurisdic. una. judic. Item contra eundem Navar. est autoritas Theodoret, quem refert & sequitur Car. huanus opus. de reform. Clav. tot art. 13. 14. & 15. Sed & vir gravissimus Joan. Gerlon. in Libello edito contra proprietarios in prima parte idem oppositum docuit viginti novem argumentis delumptis ex regula S. Augustini; & in secunda, circiter quicquid delumptis ex sacris litteris, & juris Pontificiis decretis, licet non satis constat an hic libellus sit tribuendus Gerlon, ut legitur in illius præfatione. Ad hæc cum Archiepiscopus Urbani retulisset S. Congregationi se non potuisse adducere Moniales cujusdam Monasterii ad suscipiendam exactam vitam communem; ideoque illis proposuisse, ut fieret communis arca, cujus clavem penes Abbatissam existeret, & intus eam apta esset tot sermola, quæ essent Moniales, ita ut unaquæque haberet clavicularum sermionum sat, & in eo asservaret pecuniam ex laborio, vel aliunde partam, que in ipsius tantum, & non in alterius necessitates erogari deberet abbatissa, Sacra Congregatio hoc temperamentum ludicrum exitimavit, ac repugnavit Decreto d. cap. 2. quod jubet, ut omnia Superiori tradantur, Conventuique incorporentur; ideoque mandavit Archiepiscopo, ut quamdiu Moniales communem vitam non susciperent, interdicere illis receptionem puelle- 64 rum ad habitum & professionem. Et generaliter tam S. Congregatio Concilii, quam S. Congregatio Episcoporum, ac Regularium hæc receptionem prohibent in pluribus Monasteriis Monialium, in quibus ex relationibus Episcoporum intellexit communem vitam non servari. Imò cum in specie id prohibuisset in quodam Monasterio Lycois, & puella que in eo habitum Novitiarum susceperat ante prohibitionem S. Congregationis, iterum, ac tertio petisset se ad professionem admitti, offerens se communem vitam exactè observaturam, quin & redditus Monasterii pauperis proficere in Monasterio, in quo Moniales omnes erant proprietaria. Plures quoque ordinationes ad vitam communem instituentiam, conservandamque fecit Congreg. Regularium in Decretis editis de 2. Julii 1589. pro reformatione Monialium Civitatis Neapolis, & Salerni. Et quamvis inter cetera fragilitati sexus indulgentiam adposuerit, ut in Monasteriis, in quibus in eam usque diem retinebantur provisiones, & non omnia in commune conferrentur, concederetur licentia accipiendi aliquam subventionem pro religiosis necessitatibus de manibus Depositariæ, seu Abbatissæ, atque ad illius nutum, & quæ superflua Abbatisse erogare teneretur in communes usus Monasterii, ac Ordinarii, sive Superioris Monasterii quotannis exegerent rationem à Depositaria & Abbatissa de huiusmodi provisionibus, & in eas transgredientes graviter animadvertere, nihilominus postea factis relationibus Clementi VIII. die 6. Martii 1600. Sanctus Sua addidit, ut Moniales tenentur præstationes omnes ipsi assignatas Superioribus fideliter notificare, & consignare in certo libro notandas, & per communes Officiales Monasterii exigendas, ad hoc ut in usum ipsarum Monialium pro singularium religiosorum necessitatibus de mandato Abbatisse per ministros publicos & communes Monasterii in totum, vel pro parte, ut opus esset, quotannis erogarentur.

Accedunt prædictis Decreta Clementis VIII. edita ad Regularium reformationem, quæ vel declarando Concilium Trident. vel illi addendo ad firmiorem observantiam, satis clarè subulerunt corruptelas & opiniones initio relatas in hæc verba: Quò Tridentini Concilii Decreta de paupertatis voto 68 custodiendo fideliter observentur, precipitur ut nullus ex Fratribus etiam si Superior sit, bona immobilia, vel mobilia, aut pecuniam, proventus, census, elemosinas sive ex concionibus, sive ex lectionibus, aut pro Missis tam in propria Ecclesia, quàm ubique celebrandis, aliove ipsorum iussu labore & cura, & quacumque nomine acquisita, etiam si subsidia sanguineorum, aut piam largitiones, legata, aut devotio-

nes fuerint, tanquam propria, aut etiam nomine Conventus possidere possit; sed ea omnia solum Superiori tradantur, Conventuique incorporentur, atque cum ceteris illius bonis redditibus, pecuniis ac proventus confundantur, quo communis inde victus & vestitus omnibus suppeditari possit. Nisi à Superioribus, quicunque illi sit, alio pacto licet eisdem Fratribus, aut eorum alicui, bona stabilia etiam ad usum fructum, vel usum, administrationem, aut commendam, etiam depositi aut custodiæ nomine concedere. Et infra, Nulla quoruncumque Superiorum dispensatio, nulla licentia quantum ad bona immobilia, vel mobilia Fratres excusare possit, quominus culpa 69 & pena ab eisdem Concilio Decretis imposita, & ipso facto incurrenda obnoxii sint, etiam si Superioribus assenserint huiusmodi dispensationes aut licentias concedere posse; quibus in ea re fidem minime adhiberi volumus. Et paulo post: Nullus ex Superioribus administrationem bonorum, ac aliarum rerum, dispensationemque pecuniarum & reddituum sui Conventus, etiam nomine Conventus per se ipsum habere, sive exercere possit, sed anteriorum id onus tribus Fratribus eisdem Conventui à Generali ita demandatur, ut unus rerum, & bonorum, reddituumque colligendorum, ac exigendorum curam habeat, alter tanquam depositarius pecuniarum, & cetera ab illo collata, & exacta fideliter asservet; Alius de pecuniis & rebus à depositario acceptis Priori, & Fratribus, ac Conventui univoce de necessitate, mandante tamen ipso Priori, non secundum proprium affectum, sed iuxta charitatis regulam victus bonis dispensator providat; & officium huiusmodi confessione tenentis interdicat.

His decretis explicatur singula verba Tridentini Concilii cap. 2. sess. 25. de Regular. Nam quod Concilium in prædicto illius text. generaliter ait: Bona immobilia vel mobilia quacumque qualitates fuerint; Clemens magnè specifice expressione adiecit aut pecuniam, proventus, census, elemosinas, &c. Quibus verbis satis clarè improbatum ab eisdem quarto loco regulatum in thematic question. Canonico Regularium quibus annua portiones seu provisiones assignantur ex bonis Monasterii. Item quod Concilium dicit, quominus modo acquisitis; Clemens explicat five ex concionibus, five ex lectionibus, aut pro Missis celebrandis, aliove ipsorum iussu labore & cura, & quocumque nomine acquisita, etiam si libidina sanguineorum aut piam largitiones, legata aut donationes fuerint. Quibus verbis similiter demandatur aperte primus, secundus & tertius abusus in thematic reatu illorum Monasteriorum in quibus assignantur alicui Regulari annui redditus, five relictus à consanguineis, five libi relictus ante professionem, five empti ex pecuniis, ex prædicationibus vel aliunde quæsitis. Undè etiam patet subditi supra eorum, quam nonnulli ex DD. in cap. Cum ad Monasterium infra eorum, constituebant inter bona propria Monasterii, & bona que Regularis sui relictus in actu professionis vel aliunde acquirunt; Hæc enim differentia nec iure probatur, cum omnia illi Monasterio acquirantur adeo nec momento temporis possint penes Monachum consistere, ut scripsit Abbas hic num. 8. & declaravit S. Congregatio Concilii in supra dicta causa Panormitana. Item quod Concilium præcipit, sed licentia ea Superiori tradantur, conventuique incorporentur, Clemens declarando de qua incorporatione ea verba sint intelligen- 71 da explicat; Atque cum ceteris illius bonis, redditibus, pecuniis & proventus confundantur, quo communis inde victus & vestitus omnibus suppeditari possit. Etiam ut Regulares omnem affectum proprietatis deponerent, voluit ut omnia ita confunderentur, ut ab eis discerni, ac separari amplius non possent. Ex qua quidem confusione eodem modo improbatum abusus omnes initio propositi; jam enim constat nemini Regularium assignari posse annuas portiones seu redditus annuos; cum omnia ita confundi debeant, ut vite necessaria communiter omnibus inde Ministrari valeant. Atque ita cessant opiniones Doctorum, qui in cap. Edicti de rescriptis, per illum textum scripsissent posse Abbatem cum consensu Capituli dividere redditus Monasterii & ordinare, ut singulis Monachis detur certa quantitas pecunie pro vestimentis & aliis eorum necessitatibus, ut ibi per Decium n. 17. & in decisione bonorum Monasterii de Roncivalle latif- 72 sine per Navar. in d. e. Nullam, d. num. 8. 18. quæst. 2. Item dum Concilium disponit, ut nemini Regularium liceat bona immobilia vel mobilia tanquam propria aut etiam nomine conventus possidere vel tenere, ne quisquam arbitrari possit ea verba esse intelligenda de bonis; quæ Regularis

tenet sine licentia Superioris; Clemens hæc difficultatem sustulit, dicens: Nulla quoruncumque Superiorum dispensatio, nulla licentia quantum ad bona immobilia vel mobilia Fratres excusari possit, quominus culpa & pena ab eisdem Concilio Decretis imposita, & ipso facto incurrenda obnoxii sint, etiam si Superioribus assenserint se illas concedere posse. Et his verbis similiter improbatum opinionem illorum, qui assentunt Regularibus excusari à proprietate, cum habent peculium de licentia Superioris & dependentem ab eorum voluntate & nutu; jam enim patet non pendere à voluntate & dispensatione Superiorum, quin omnia sint confundenda cum ceteris bonis Monasterii pro communibus necessitatibus. Rursum ubi Concilium d. c. 2. §. Nec deinceps, dixit, etiam ad usum fructum vel usum, administrationem, aut commendam; Clemens addidit: etiam depositi aut custodiæ nomine, ut intelligatur etiam administrationem illam quæ datur concedentis gratia seu in utilitatem Monasterii esse prohibitam Regularibus non officialibus, ex natura enim depositi est, ut fiat gratia concedentis tantum ut notat Bart. & DD. in l. Quod Nerva, ff. Depositi. Ad hæc quod ibidem simpliciter ait Concilium, Nec licet Superioribus bona stabilia alicui Regulari concedere. Clemens ut omnes omnino comprehendat expressius inquit: Nisi Superioribus, quicunque illi sit illo pacto licet eisdem Fratribus vel eorum alicui. At demum quod ait Concilium, Administratio autem bonorum ad ipsos officiales pertinet; Clemens in §. Nullus, declarat nomine officialium non intelligi Superiores locorum, sed tres ministros duntaxat, nempe Exactorem, Depositarium & Dispensatorem. Quo loco Clemens expressè approbat opinionem Hostiensis Joan. Andr. & aliorum hic, qui dixerunt administrationem bonorum Monasterii posse demandari officialibus temporalibus tantum, puta Elemosinario, Cellarario, & aliis huiusmodi, non autem illis, quorum officium veritatem circa spiritualia, puta Priori Claustrali vel Sacriste ut dixi supra, n. 42. Undè etiam subditi est dispositio, G. Edicti de rescriptis, & aliorum iurium, quatenus dependebat, ut administratio bonorum Monasterii ad Abbatem pertineret, ut ibi per Decium n. 17. & per Navar. in d. e. Nullam à n. 8. 18. quæst. 2.

Neque verò hoc casu, quod nunquam temerè fieri solet, obici potest quod decreta Clementis non sint in usu, siquidem omnino cessat hoc subterfugium, cum decreta ipsa fuerint postea à innovata à Paulo V. Item à Gregorio XV. in decretis de apostat. & eisdem, & nuper à Sanctissimo D. N. Urbano VIII. in decretis celebr. Misar. certum est eum contra decreta Apostolica non usum minime iussurari nisi sit temporis annorum quadraginta cum scientia & patientia Papæ, ut notat Præp. in §. Leges n. 3. 4. dist. & scriptis solvit Rota, ut patet decis. 197. n. 3. & 4. & decis. 211. n. 2. & decis. 221. n. 4. par. 1. & decis. 387. n. 6. par. 3. recent. Et adde quod scripti in c. 1. à n. 47. nique in finem de transg. & sacre.

Concludendum est igitur nemini prorsus Regularium tam virorum quam mulierum quocumque qualitates & conditionis exiit, nisi sit officialis, fas esse etiam nomine conventus habere annuos redditus, seu provisiones annuas vel bonorum stabilium administrationem aut peculium, etiam illud non sit superfluum, sed ad necessarios, honestos, & ipsius usus à Superiore ex quacumque causa concessum & dependentem ab eus voluntate & nutu nec quemquam excusari à letali culpa & poena proprietarii inlicita ex quavis consuetudine Monasterii vel religionis aut ex varietate seu probabilitate opinionum aut alio quovis prætextu vel causa. Et legitime tam Prælati, quam subditis cavendum esse ab huiusmodi palliamentis, quia Deus non irridetur. Ad Galat. cap. 6. cap. Erubescant 22. dist. c. Humana 22. quæst. 5. c. Tua nos de simon. & c. In civitate de usur. Et eo magis quia S. Congregatio consulta an liceat Regularibus interpretari decretum cap. 2. sess. 25. de regul. respondit non licere.

Ad dubium ut supra conceptum n. 1. Sacra Congregatio respondit negativè videlicet in nullo ex supra scriptis casibus licere Regularibus utriusque sexus habere prædictos annuos redditus, seu provisiones annuas vel bonorum stabilium administrationem, seu peculium non superfluum nomine conventus, ac de sicutum Superiorum licentia & dependentem ab eorum voluntate ac nutu; alioquin non esset immixta à culpa & poena, de qua in d. e. 2. sess. 25. de Regul.